



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

XIV. *Vt qui sortilegos consulunt
excommunicentur, & pecunia
multentur: qui vero sortes fa-
ciunt, venundentur, & precium*

pauperibus erogetur.

XV. *Vt quinta feria, nisi aliqua fe-
stiuitas in eam incidat, feriari &
cessare non liceat.*

ANNO
CHRISTI
589.

P R Æ F A T I O.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno feliciter quarto regni domini nostri gloriosissimi Reccaredi regis, Narbonæ, Migerius, Sedatius, Benenatus, Boetius, Pelagius, Tigridius, Agrippinus, & Sergius, episcopi Gallia: prouinciæ, Concilia sanctorum antiquorum patrum, vel decreta obseruare cum Dei timore cupientes, nos in vrbe Narbona, secundum quod sancta Synodus per ordinationem gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis in vrbe Toletana definiuit, die Kalendarum Nouembris Deo auspice in vnum conuenimus, & aliquanta, quæ iuste & pie sunt edita, & per patrocinationis potestatem non supplebantur, ad memoriam nunc temporibus Domini nostri sub præfationibus deducentes recapitulare fecimus: & quæ pro regula, & fidei catholica disciplina adhuc visa sunt, communi tractatu elegimus conscribenda, & Canonibus definiuimus adiungenda: quæ tenore capitulorum subsequenter euidenti iure declarantur.

C A N O N E S.

I.

Hoc regulariter definitum est, vt nullus clericorum vestimenta purpurea induat, quæ ad iactantiam pertinent mundialem, non ad religiosam dignitatem; vt sicut est deuotio in mente, ita & ostendatur in corpore: quia purpura maxime laicorum potestate præditi debetur, non religiosi. Quod si quis non obseruauerit, velut transgressorem legis coercendum.

II.

Hoc itaque definitum est, vt in psallendis ordini-